UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

De canone Missæ vsq[ue] ad consec. c. 33.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

perficit circulu3, reuertens iunctis manibus ante pectus a ma
nu dextra ad medium altaris. Et reſponſo a miniſtris vel cir-
cunſtātibus, Suſcipiat dn̄s ſacrificiū de manibus tuis ⁊c. alio-
quin per ſe ipſum, dicens Sacrificiu3 de manibus meis ipſe ce-
lebrans manibus ante pectus extenſis vt fit ad Orationez ſtās
in medio altaris verſus librum dicit abſolute ſine alia interpo
ſitione Oratione vel Orationes ſecretas: cum dicit Per dn̄m:
iungit manus: cū dicit Jeſum Chr̄m, caput inclinat, quod facit
in prima oratione, ⁊ in vltima, ſi plures ſint dicende. Peruento
aūt in concluſione vltime ſecrete ad verba illa, Per oīa ſecula
ſeculorum, excluſiue: celebrans ſtans in medio altaris depoſi-
tis ſuper eo manibus hinc inde extenſis, dicit conuenienti ⁊ in-
telligibili voce Prefationē Cu3 dicit Surſum corda eleuat ma
nus hinc inde extenſas vſqz ad pectus. Cu3 dicit Gratias aga-
mus dn̄o, iungit manus: cum dicit Deo noſtro cruci caput in-
clinat. ℟. Dignum ⁊ iuſtum eſt, eleuatis ⁊ extēſis vt prius ma
nibus, proſequitur Prefationē propriam, vel cōmunem, vt tem
pus requirit. Cū dicit Sanctus iunctis ante pectus manibus, ⁊
inclinatus voce mediocri proſequit. Cu3 dicit Benedictus qui
venit in nomine Dn̄i ⁊c. ſignum crucis ſibi producit a frōte ad
pectus. In miſſa ſolenni cu3 dicit Prefatio Diaconus ⁊ Sub-
diaconus ſtans retro poſt celebrātē, ⁊ paulo antequa3 dicatur
Sāctus, accedunt ad altare, vbi cū celebrante hinc inde dicūt
Sanctus ⁊ q̄ ſequunt vſqz ad Canone3 Deinde Diaconus ac-
cedit ad ſiniſtram celebrantis, ei aſſiſtens dū dicit Canon, niſi
alius ſacerdos aſſiſtat: Subdiaconus vero tūc ſtat poſt celebrātē.

¶ De Canone Miſſe, vſqz ad Conſecrationem. Cap. 33.

Finita prefatione vt ſupra celebrans manibus iunctis ſu
per altare poſitis, ſtans ante medium altaris verſus ad il
lud eleuatis oculis ad Deū, ⁊ ſine mora demiſſis, profunde in-
clinatus incipit Canonem, ſecrete dicens Te igitur ⁊c. vt in or
dinario. Cu3 dicit vti accepta habeas ⁊ benedicas prius oſcu-
latur ante ſe altare: erigit ſe, ⁊ ſtat iūctis manibus ante pectus.
Cum dicit Hec dona, hec munera, hec ſancta ſacrificia: dextra
manu ter ſignat communiter ſuper hoſtiam ⁊ calicem. Deinde
extenſis manibus ante pectus proſequitur. In Primis, que
tibi offerimus ⁊c. Ubi dicit vna cum famulo tuo Papa no-
ſtro N.

ſtro N. exprimit nomen Papę, ſede autem vacante verba prę-
dicta omittūtur: vbi dicitur, ⁊ Antiſtite noſtro N. ſpecificatur
nomē Patriarchę, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi ordinarii in p-
pria Diœceſi qui ſi eſt vita functus, prędicta verba omittuntur.
Si celebrans eſt Eps, Archiepiſcopus, vel Patriarca omiſſis
prędictis verbis, eorū loco dicit. Et me indigno ſeruo tuo. Si
vero celebrans eſt Papa, omiſſis verbis, vna cum famulo tuo
Papa noſtro N. ⁊ Antiſtite noſtro N. dicit, vna cum me indi-
gno famulo tuo quem gregi tuo pręeſſe voluiſti. Et continuant
omnes vt ſequitur. Et omnibus ortodoxis. ⁊c. Cū dicit Me-
mento domine, eleuans ⁊ iungens manus vſque ad faciem vel
pectus, ſic iunctis manibus ſtat pauliſper in quiete, demiſſo ali
quantulum capite, faciens commemorationem viuorū Chriſti
fidelium ad ſuam voluntatē, quorum nomina ſi vult ſecrete cō-
memoret, non tamen neceſſe eſt ea exprimere, ſed mente tantū
eorum memoriam habeat. Poteſt etiam celebrans ſi pro pluri-
bus orare intendit, ne circunſtantibus ſit moroſus, ante miſſā
in animo proponere ſibi omnes illos tā viuos quā defunctos,
pro quibus in ipſa miſſa orare intendit: ⁊ hoc loco generaliter
vnico contextu ipſorum viuorum commemorationem agere, p
quibus ante miſſam orare propoſuit in miſſa. Commemoratio-
ne viuorum facta, demiſſis ⁊ extenſis vt prius manibus, conti-
nuat, Et omnium circunſtantium ⁊c. Similiter ſtans proſequi
tur, Communicantes Cum dicit Jeſu Chriſti, caput cruci in-
clinat, in concluſione quando dicit Per eundē iungit manus,
cum dicit Hanc igitur oblationem, extendit manus ſuper ob-
lata, ita vt palmę ſint apertę verſus ac ſupra calicem ⁊ hoſtiā,
quas ſic tenet vſq; ad illa verba. Per Chriſtum dominum no-
ſtrum tunc enim iungit manus ⁊ ſic proſequitur. Quam obla-
tionem tu deus in omnibus quęſumus. ⁊ cū dicit, benedictā,
adſcriptam, ratam communiter ſignat ter ſuper hoſtiam ⁊ ca-
licem ſimul. Deinde cum dicit, vt nobis corpus ſeparatim ſi-
gnat ſemel ſuper hoſtiam tantum, ⁊ cum dicit, ⁊ ſanguis ſemel
ſuper calicem tantum, deinde eleuans ⁊ iungens manus ante
pectus, proſequitur, fiat, dilectiſſimi filii tui Domini noſtri Je-
ſu Chriſti: inclinās caput cruci ſi opus fuerit extergit pollices,
⁊ indices ſuper corporali ⁊ dicit ſecrete vt prius. Qui pridie q̄
patere-
tur,

paceretur, ⁊ accipiens pollice ⁊ indice ſiniſtrę manus hoſtiã,
⁊eam cum illis, ac indice ⁊ pollice ſiniſtrę manus tenens ſtans
erectus ante medium altaris, dicit Accepit panem in ſanctas,
ac venerabiles manus ſuas: eleuanſque ad cęlum oculos, ⁊ ſta
tim demittens dicit, ⁊ eleuatis oculis in cęlum ad te deum pa=
trem ſuum omnipotentem, caputque aliquantulum inclinans
dicit tibi gratias agens, ⁊ tenens hoſtiam inter pollicem, ⁊ in=
dicem ſiniſtrę manus dextra producit ſignum crucis ſuper eã
dicens benedixit, fregit, deditque Diſcipulis ſuis dicens, Acci=
pite ⁊ manducate ex hoc omnes. Si adſit vas cũ alijs hoſtijs
conſecrandis, diſcooperit manu dextra calicem, ſeu vas aliarũ
hoſtiarum, ⁊ cubitis ſuper Altare poſitis, ſtans capite inclina=
to, diſtincte, reuerenter, ⁊ ſecrete profert verba conſecrationis
ſup hoſtiã, ⁊ ſimul ſuper oẽs, ſi plures ſint cõſecrandę, ⁊ hoſtiã
ſuam pollicibus ⁊ indicibus tantum tenens, attente, deuote, ⁊
continuate profert verba conſecrationis, Hoc eſt enim corpus
meum: Quibus prolatis celebrans tenens hoſtiam inter pol=
lices ⁊ indices prędictos ſuper altare, reliquis manuũ digitis
extenſis ⁊ ſimul iunctis (⁊ hoſtijs ſi plures ſint conſecratę, in lo
co in quo a principio miſſę ſunt poſitę ſup corporali vel alio va
ſe vel calice dimiſſis) genuflexus eã adorat. Tunc ſe erigens,
quantum commode poteſt eleuat in altum hoſtiam, ⁊ intentis
in eam oculis (quod ⁊ in eleuatione calicis facit) populo reue=
renter oſtendat adorandam, ⁊ mox ipſam reuerenter ſuper cor
porale reponit in eodem loco vnde eam leuauit, ⁊ deinceps pol
lices ⁊ indices non diſiungit, niſi quando hoſtiam conſecratã
tangere vel tractare debet, vſque ad ablutionem digitorũ poſt
communionem. Repoſita hoſtia conſecrata ſuper corporali ge
nuflexus vſque ad terram hoſtiam ipſam veneratur: ſi adſit vas
aliarum hoſtiarum patena cooperit. Interim dum celebrans
eleuat hoſtiam, miniſter manu ſiniſtra eleuat fimbrias poſterio
res planetę, ne ipſum celebrantem impediat in eleuatione bra=
chiorum, quod ⁊ facit in eleuatione calicis. Celebrans adorato
ſacramento ſurgit, ⁊ diſcooperit calicem in quem, ſi opus ſit, ex=
terget digitos, quod ſemper faciat cum aliquod fragmentũ di=
gitis adhęreat, ⁊ ſtans erectus dicit Simili modo poſtquã cę
natum eſt, ⁊ ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodũ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

infra cuppam, aliquantulumque eleuans, ⁊ ſtatim deponens di-
cit accipiens ⁊ hunc preclarum calicem ⁊c. cū dicit benedixit,
ſiniſtra calicem infra cuppam nens, dextra ſignat ſuper eum,
⁊ proſequens deditque diſcipulis ſuis ⁊c. ambabus manibus
tenens calicem, videlicet ſiniſtra pedem, dextra nodum infra
cuppam, cubitis ſuper altare poſitis, ⁊ capite inclinato, profert
ſecrete, ⁊ deuote vt ſupra verba conſecrationis ſanguinis. Hic
eſt enim calix ⁊c. Quibus dictis reponit calicem ſuper corpora-
le: ⁊ genuflexus ſanguinem reuerenter adorat. Tunc ſe erigit,
⁊ accipiens calicem diſcoopertum cum ſanguine ambabus ma-
nibus vt prius, eleuat eum, ⁊ erectum, quantum commode po-
teſt oſtendit populō adorandum, dicens Hec quotieſcunque fe-
ceritis ⁊c. mox ipſum reuerenter reponit ſuper corporale in lo-
cum priſtinum, ⁊ manu dextra palla cooperit, ac genuflexus ſa-
cramentum veneratur. In Miſſa ſolenni cum celebrans dicit
Quam oblationem ⁊c. Diaconus accedit ad dexterā celebrā-
tis, ⁊ ibi in ſuperiori gradu altaris genuflexus, cum ſacramen-
tum eleuatur fimbrias planete eleuat ⁊ quando opus eſt ſe eri-
gens, calicē cooperit, ⁊ diſcooperit, ⁊ cum celebrante genufle-
ctit. Repoſito calice Diaconus redit ad librū, niſi alius aſſiſtat.

¶ De Canone poſt Cōſecrationē vſq; ad Orōnē Dn̄icā. Ca. 34

Repoſito calice, ⁊ adorato, celebrās ſtās ante altare, extē-
ſis manibus ante pect⁹ dicit ſecreto, Unde ⁊ memores ⁊c.
iungit manus ante pectus ⁊ cum dicit Hoſtiam puram ⁊c. ma-
nu dextra ſignat ter communiter ſuper hoſtiam ⁊ calicem ⁊ ſe-
mel ſuper hoſtiam tantum, ⁊ ſemel ſuper calicem tantum di-
cens panem ſanctum vite eterne, ⁊ calicem ſalutis perpetue,
deinde ſtans vt prius, extēſis manibus proſequitur ſupra que
propitio ⁊c. Cū dicit Supplices te rogamus ⁊c. inclinat ſe an-
te medium altaris, manibus iunctis ſuper illo poſitis, cum di-
cit ex hac altaris participatione, oſculatur altare, cū dicit ſa-
cro ſanctum filij tui iungit manus ⁊ dextra ſignat ſemel ſuper
hoſtiam tantum, ⁊ ſemel ſuper calicem dicens Corpus ⁊ ſan-
guinem ſumpſerimus, ⁊ cum dicit omni benedictione celeſti,
ſeipſum ſignat a fronte ad pectus ſigno crucis cum dicit Per
eundem, Jungit manus. Cum dicit Memento Domine fa-
mulorum famularumque tuarū, qui nos precesſerunt, ⁊c. ſta-
tim ex-